



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Fetitio ep[iscop]o. Cap[itulum]. lxxxiiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sc̄to Julio aphyricano. Cap. lxxvij.



Alius aphyrica

mus: inter historiographos precipu⁹: ut scribit eusebius. Alex⁹ adri et maximini ac gordiani imperatorum fulsit re-
poribus: q̄ sanctitate et sapiētia insignis fuit scripsit enim ad aristides de euangeliorum: que videtur dissonantia: et de genealogis q̄ a mattheo et luca diuerse referunt cōposuit libuz. In quo ceterorū opinionēs a veritate discordes coarguit: et verissimā tr̄iūsqz cofonantia esse demonstrat. Chronicozū de temporibus edidit libros: in quinqz voluminib⁹ diligenter admodū et studiose cōpositis. Ad origēē scripsit epistola de eo quod in daniele legitur de susanna q̄ in hebreis nō hēatur codicibus: ad quā origenes elegantissime respondēs ait: nequaquā iudeozū adherēdum fraudibus: sed solū q̄ septuaginta iterpretes scribunt p̄ veritate tenēdū. Hic sub antonio augusto dormiuit in dño. Hec hieronym⁹ de viris illustribus.

De sc̄to Archiloco ep̄o. Cap. lxxviii.



Archi-

locus: siue archelaus metropolitane episcopi sc̄po re probi imperatoris floruit. Qui vita fuit clarus et doctrina conspicuus. Librum em̄ disputatorum aduersus manicheum scripsit: in quo disputationē ad sensus euz quodas et heresi illa sc̄n̄ habita syro sermone explicauit. Qui in grecuz translatus a multis habetur. Hic quoqz in eccl̄ia sua conditus in pace requiescit. hec vbi supra.

De sancto Agrippa cōfessore. Cap. lxxix.



Agrippa

cognomento castorius confessor sanctus floruit alexandrie tempore adriani imperatoris. Qui vir doctus et sapiētia insignis aduersus cccxxiij. basilidis heretici volumina q̄ in euangelis consecerat et fidei nostre veritati repugnabat: fortissime et elegantissime sermone disseruit grandi libro catholicam credulitatem defendens. Hic apud alexandriaz non minoris vite sanctitate q̄ doctrine veritate radians diem clausit extremuz temporibus adriani imperatoris. hec hierony-

mus libro de illustribus.

De sancto Attico ep̄o. Cap. lxxx.



Atticus constan-

tinopolitanus ep̄s tempore archadi imperatoris apud ipsam urbem regiam clarus verbis et operibus fulsit. Qui ad eiusdē principis filias de fide et virginitate egregiū scripsit volumen. In quo nestoriana dogmata repugnauit. Et apud eandē ciuitatem in christo quiescit. hec gemadius.

De sancto Bacchilo ep̄o. Cap. lxxxi.



Bacchil⁹

corinthiorū ep̄s de quo eusebius ecclesiastice historie libro. v. cap. xxi. mentionē facit apud ipsaz corinthiorū ciuitatez claruit tempore seueri imperatoris. Qui vir sanctissim⁹ et sapiētia p̄fulgens insigniter inter cetera doctrine sue opera: librorū elegantem de pascha ex personis omnium ep̄orum: qui in achata crant cōposuit et apud ipm̄ oppidū tumulatus in domino quiescit. Hec hieronymus.

De sancto Holoate ep̄o. Cap. lxxxij.



Hol-

cas episcopus et martyr apud egyptum paschus est sub persecutione miriamani imperatoris. Sic egypti natione de ciuitate tampris: vir genere nobilis et opū non modicari: eiusdem ciuitatis ep̄atum hūiliter successit. Qui sapiētia illustris volumen elegantissimū de martyriū laude cōposuit: de semetipso in eorum nūero futuro diuinitus vaticinas. Nam euz ebuliente miriamani persecutione ab infidelibus tentus idolis immolare renūisset: pro christi confessione capite truncat⁹ et apud eandē urbem a christianis conditus est.

De sancto Istitio ep̄o. Cap. lxxxiii.



Istitius eduensis

episcopus apud ipsaz floruit ciuitate Hic vita purissima et doctrina fulgida fame in gallia celebris in canticis canticorū cōmētarios edidit insignes: adire: sus quoqz nouatianū grande cōpilauit volumen: constantiniqz magni tēporibus in ipsa ciuitate fatis terminum ponens tumulatus iacet. Hec vbi supra.